

lo ex oriente: penderé ipsam ac non cadere nobiscū ceu spiritus.uis mundo præsertim inclusi dubiū sit: an possit cadere natura repugnante & quo cadat negante. Nam sicut ignium sedes nō ē nisi ī ignibus: aquarū nisi in aquis: spiritus nisi in spiritu: ita terræ arcibus cunctis. nisi ī se locus non est. Globum tamen effici mirū est in tanta planitie maris: cāporū. Cui sententiæ adest Dicæarchus: uir ī primis eruditus: regum cura permensus montes: ex quibus altissimū pdidit pelion. M. ccl. passuū ratiōe perpendiculari nullā esse eam portionē uniuersæ rotunditatis colligēs. mihi incerta hec cōiectatio uidef. Haud ignoro quosdā alpiū uertices: longo tractu: nec breuiore quinquaginta milibus passuū assurgere. Sed uulgo maxima hæc pugna est: si coactam in uerticem aquarū quoq; figurā credere cogat atq; non aliud in rerum natura aspectu manifestius. Nāq; depēdētes ubiq; gutte paruis globant orbibus Et pulueri illatæ. frondiumq; lanugini impositæ: absoluta rotūditate cernūtur. Et ī poculis repletis media maxime tumēt. Quapropter subtilitate humoris: mollitiæq; ī se residente ratōe facilius q̄ uisu deprehenduntur. Idq; etiam magis miq; in poculis repletis addito humore minimo circūfluere: q̄ supersit. Cōtra euenire ponderibus additis ad uicenos sæpe denarios. Scilicet quia itus recepta liquorem in uerticem attollant: ut cumulo eminente infusa dilabantur. Eadē est causa propter quā e nauibus terra non cernatur: e nauium malis conspicua. at procul recedente nauigio: si quid qd fulgeat religetur in mali cacumī e: paulatim descēdere uideatur & postremo occultetur. Demq; oceantis queq; fatemur ultimum: qua nō alia figura cohæreret: atq; nō decideret: nullo ultra margine icludēte: ipsum id ad miraculum redit: quo nā modo etiam si globetur: extremum nō decidat mare cōtra quod ut sint plana maria: & qua uidentur figura: non posse id accidere: magno sui gaudio magnaq; gloria iuētores græci docēt subtilitate geometrica. Namq; cū e sublimi in inferiora aquæ feratur. & sit hæc natura earum confessā: nec quisquā dubitet in littore: ullo accessisse eas: q̄ longissime deuexitas passa sit proculdubio apparere: quo quid humilius sit: propius centro esse terre: oēsq; lineas que emittatur ex eo ad proximas aquas breuiiores fieri: q̄ que ad extremum mare. a primis aquis. ergo totas. oīq; ex parte aquas uergere in centrum: ideoq; nō decidere: quoniā in interiora nitantur quod quidem & ita formasse artifex natura credi debet: ut cum terra arida & sicca constare per se ac sine hūore nō posset: nec rursus stare aqua: nisi sustinente terra mutuo amplexu iungerentur: hæc finis pandēte illa uero permeante totam: intra extra: supra: uenis ut uinculis discurrētibus. atq; etiā in sumis iugis erumpente quo spiritu acta & terre pondere expressa siphonum modo emicat. tantūq; a periculo dēdēdi abest: ut in summa queq; & altissima exiliat. Qua ratione manifestum est quare tot fluminum quotidiano accessu maria non crescant.

Quomodo Aqua Sit Terre inæta: cap. lxyiii.

Est igitur in toto sub globo tellus medio ambitu precincta circūfluo mari: nec argumētis hoc inuestigandum sed iam experimentis cognitum.

De navigatione maris & fluminum. cap. lxyix.

Egadibus colūnisque Herculis hispanie & halliarum circuitu totus hodie nauigat occidēs Septentrionalis uero oceanus. maiore ex parte nauigatus ē auspiciis diui augusti germaniam classe circūnecta ad cimbrorum promontorium. & inde immenso mari p̄specto aut fama cognito: ad scythicam plagam: & humore nimio rigētia propter quod minie uerisimile est: illic maria dificere: ubi uis humore superet iuxta uero ab ortu ex idicomari: sub eodem sydere pars tota uergens in caspium mare per nauigata est macedonū armis: Seleucho atq; Antiocho regnatibus: quæ seleuchida atq; anthiochida ab ipsis appellari uoluere. circa caspiū quoq; multa oceanij littora explorata: paruoq; breuius q̄ totus hinc aut illinc septentrio eremigatus. Vt tamen cōiecturæ locum sit quoq; non relinquitur ingens argumentum paludis mæotice: siue ea illius oceanus sinus est: ut multos aduerto credidisse: si ue angusto finu discreti ī stagnatio. alio latere Caudiū ab eodē occidēte magna pars meridiani sinus ambitu mauritanie nauigatur hodie. maiorem quideq; eius partē. & oriētis uictoriæ Magni alexandri lustrare usq; in arabicum sinum. in quo res gerente. C. Cæsare augusti filio signa nauū ex hispaniēsis naufragiis ferūtur agnita. Et Hāno carthagini potētia florēte circūuectus a gadibus ad finem arabie nauigationē eā prodidit scripto Sicut ad extera europæ noscēda missus eodem tēpore Himilco. preterea nepos Cornelius auctor est Eudoxum quendam sua ætate cum Lathyrum regem fugeret arabico sinu egressum gades usq; peruectum. multoque ante eū celi antipater uidisse se qui nauigasset ex hispania in æthiopiam commercii gratia. Idem nepos de septentrionali circuitu tradit. Qu. Metello Celeri. c. africani in consulatu collegæ sed tū galliæ p̄cōsulū indos a rege sueuorum dono datos: qui ex india cōmerciū causa nauigantes tēpestatibus essēt ī germaniam abrepti. Sic maria circūfusa undique diuiduo globo partem orbis auferunt nobis: nec ide huc nec hic illo peruiō tractu. q̄ cōtemplatio apta detegende mortalium uanitati poscere uidetur: ut totum hoc quicquid est in quo singulis nihil satis ē ceu subiectum oculis quantum sit ostendā: